et hanc domum meam ecclesie nomine consecrares. Tunc sanctus urbanus corpus eius auferens cum dyaconibus nocte sepeliuit eam cum episcopis ubi omnes sunt confessores et martires collocati. Domum autem eius in ecclesiam sancte cecilie nomine consecrauit: quo beneficia dei exuberant ad memoriam sancte cecilie usque in hodiernum diem. et benedicatur ibi cristus: qui cum patre et spiritu sancto viuit et regnat in secula seculorum Amen

Explicit passio sancte cecilie virginis et martiris

Ambrosius in prefacione

Sancta cecilia celesti dono repleta ut martirij palmam assumeret ipsum mundum est cum thalamis execrata. Testis est valeriani coniugis et tyburtij prouocata confessio. quos domine angelica manu odoriferis floribus coronasti. Viros virgo duxit ad gloriam. mundus agnouit quantum valeat deuotio castitatis. Hec ambrosius

Ut Ludolphus carthusiensis in libro de vita ihesu

Cecilia virgo clarissima absconditum semper euangelium cristi gerebat in pectore suo. Hoc sic intelligendum videtur quod ipsa de vita domini ihesu in euangelio tradita quedam deuotiora sibi pelegerat. in quibus die ac nocte corde puro et integro attencione precipua et feruenti meditabatur. et completa circulacione iterum repetens ac dulci et suaui gustu ruminans ea in archano pectoris sui prudenti consilio collocauit. Hec ibi

Ut Vincencius in speculo historiali parte quarta libro xxv° capitulo xxvi° De translacione corporis eius Digniter

Anno ludouici imperatoris vij° qui fuit filius karoli magni paschalis papa corpus sancte cecilie virginis ipsa reuelante inuenit aureis velatum indumentis sanguine ipsius adhuc infusis et ipsam et corpora sanctorum valeriani sponsi eius et tyburtij et maximi. urbani quoque pape in ceciliam a se eius edificatam transposuit

Ex cronica martiniana de paschali papa primo

Hic scilicet paschalis papa habuit revelacionem de beata cecilia virgine. ex cuius revelacione ipse corpora beate cecilie beati tyburcii beati valeriani et sancti urbani de cymiteriis ubi fuerant recondita manu propria elevavit et intra urbem in ecclesia sancte cecilie honorifice collocavit.

Item Ex cronica venerabilis patris fratris Anthonini archiepiscopi florentini ordinis predicatorum.

Paschalis primus vir sanctus multa sanctorum corpora requirens invenit extra muros romane civitatis. que diligenter colligens intra menia urbis reuerenter in diuersis basilicis collocauit. Multas preterea ecclesias rome aut nouas construxit aut longo confectas senio renouauit. Inter quas fuit basilica beate cecilie virginis et martiris que nimia quassata vetustate que nimia quassata vetustate iam pene corruerat. Sed in eodem loco magnifico opere construere cepit ecclesiam. Dum igitur quadam die ut testatur iohannes de col' in ecclesia sancti petri more solito vigilias celebraret, subito sopore depressus vidit quandam puellam virginali aspectu angelicis vestibus decoratam dicentem sibi Multas tibi gratias referimus. quia certamen quod de me deposueras frustratoriis relationibus promulgatis aures accomodans reliquisti. Cum tanto penes me fuisti ut proprio ore invicem loqui valeremus. Hec audiens beatus pontifex quesiuit. que esset ipsa que talia loqueretur. Cui illa. Cecilia famula christi uocor. Ad quam pontifex. Quomodo hoc credere possum. cum olim fama diuulgatum sit quod venerabilis cecilie martiris corpus ab astulpho longobardorum rege furtim sublatum sit rome ipso residente. At illa. Me utique desideranter ut invenirent quesierunt. Sed domini mei ihesu christi et beatissime matris eius opitulante gratia inuenire non potuerunt neque asportare. et sicut quesisti corpus meum cum diligentia querere non desistas. quia illi pro cuius amore martirium pertuli placet ut tu me inuenias. ut in ecclesia quam nunc nouiter construis recondas. Et hoc dicens sub

tracta est ab oculis aspicientis / Tuc bts pontifex
absolutis matutinalibus pro ta certe et indubitabil
revelacois indicio cepit sollicitus qrere vbi sacra,
tissimu corpus iaceret humatu. Sed deo tribuete
repperit extra porta apiam in cimiterio qui dicit
ptexati aureis vestimentis cu corpore sponsi sui
valeriai et lintheamia sanguine suo cruentata.
Que oia suis plustras manib9 collegit. et cu summa
veneracione in ecclesia qua costruxerat condidit.
vna cu valeriano sponso suo et tyburcio cognato
eius. et maximo qui videns in decapitacoe eoru
aias in celu consceende credes mrio coronat9 est. ac
eciā cu vrbano pp et lucio martis Jllaq3 oia sub
sacro altari collocauit, Ex 2a pte. ty xvi c | S ij

Liberasti me de pdicoe Etcā vltio Recitatid e in epla
hodierna Hodie in ecclia fit solepnitas et officiu
vni9 glose vgis et mris bte cecilie de q erit sermo Sz pmo
salutet vgo maria Vbu istud itelligo in psona bte cecilie
vgis q regracias deo dicit Dne liberasti me de pdicoe.
Modo ego inuio in scptura quinq3 pdicoes hoim et mulieru
ex pccis ex quib9 deus liberauit beata cecilia
pima pdicio e aie ex pcco supbie
Seda e corpis ex pcco luxurie
Tercia e tpis ex pcco accidie
Qurta e diuiciaru ex pcco auaricie
Quīta e glorie ex pcco ccostiē

Dico q pma pdicio
aie venit ex pcco sup
bie Ja scit q huana
aia habz ista excelle
cia sup aias iumetoru
aialiu et volucriu qa habz vocem discrecione itelligentia sed
pccm supbie facit pde aiam qa aufert sibi racione discreci,
one et itelligentia Recte ei supbia e ut frenesis q facit vi,
dere cantare infirmu cu sit in puncto morti vel sicut senteciat9
ad furca Si qn aliqs ducit ad furca iret cantado ridedo stult9
iudicaret ab oib9 9trario e de supbia Certu e q oes vadim9 ad
morte ex sntia a deo iudice data tam diuitib9 q paupib9 oes
ta hoies q mulieres pui et magni oes moriut statutu e
hoib9 semel mori ad hebre. ix Ergo qn supb9 vadit ornat9
popose stult9 pt ipnutu qa cantado et ridedo vadit ad
morte cu debet flere qa ad morte tendit De ista pdicoe p,
hibuit thobias filiu suu dices Supbia nuq i tuo sensu a
in tuo vbo dnari pmittas in ipa ei iniciu sumpsit oib pdicio.